#### Dissertatio medica inauguralis de cruditate ventriculi sive fermentatione alimentorum laesa ... / [Petrus Schwendi].

#### **Contributors**

Schwendi, Petrus, active 1685. Bartholin, Caspar, 1655-1738. Københavns universitet.

#### **Publication/Creation**

Hafniae: Literis Joh. Phil. Bockenhoffer, [1685]

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/qygh8u6v

#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org Dissertatio Medica Inauguralis

De

# CRUDITATE VENTRICULI

SIVE

## FERMENTATIONE A-LIMENTORUM LÆSA

Qvam

Consensu Amplissima Facultatis Medica

sub Præsidio

Clarissimi & Experientissimi

#### D. D. CASPARI BARTHOLINI

Medicinæ & Anatomiæ Professoris Celeberrimi atq; in Collegio Consistoriali

Assessoris Nobilissimi

pro

Summis in Medicina honoribus ritè consequendis Publico Eruditorum Examini

Officiose submittit

PETRUS SCHWENDI EBELINGIUS.

Die Septembr. loco & horis solitis.

HAFNIÆ, Literis Joh. Phil. Bockenhoffer, Reg. Maj. & Universit, Typogr.

all supplied to the decident of the

Quanti naturalia experimenta, atg, præcepta Medicorum fecerit præstantissimus Petrus Schwendi Ebelingius, satis constitit perlegenti dissertationembanc; qua effecit, ut non amplius hortationi locum reliquerit, sed gratulari opus habeam, qvod domestico excitatus exemplo, se ex imperite medentium turba eximat; nullus dubitans, quin tam egregia natura, bona sua langvere non sinat, sed ad decus, ad dignitatem, æternamg, laudem conferat. Hauniæ die 22. Jul. 1685. E. BARTHOLIN.

### NOBILISSIMÆ & AMPLIS-SIMÆ

## FACULTATI MEDICÆ

REGIÆ ACADEMIÆ HAF-NIENSIS

Opusculum meum dedico

tudine totius nature mytherium

PETRUS SCHWENDI EBELINGIUS.

coofflimam illas

ni molot non picirallo

## 報告 (4) 報告

#### PROOEMIUM.

vamvis plurima spatiosum mundi theatrum exhibeat miracula curiosos spectatores invitantia, nullum tamen iu scæna jucundius & notatu dignius occurrit homini spectaculum, qvam ipse homo, utpote, qvi intus habet, qvod in orbe miratur, & mundum continet, licet in illo peregrinetur, adeo ut non injuria dicatur aureum illud defcendisse de cœlo: ชุงผีวิเ ซะลบ์โด้ง memori locandum pectore; Qvicunq; enim rite artificiosissimam illam structuram perlustrabit non solum imbecillitates humanas earumq; causas & curationes. eruet, sed etiam totius œconomiæ Macrocosmicæ epitomen tanqvam Iliada in nuce intuebitur, Eqvidem cum in reciproco rerum motu, & concordi vicissitudine totius naturæ mysterium latere

tere videatur, nusqvam fluxum ejus & energiam melius licet contemplari, qvam in Microcosmo, cujus tam accurata particularum harmonia existit, ut unanimi omnes consensu saluti communi inserviant strictoq; fœdere devinctæ mutua invicem conferant & recipiant beneficia. Sufficiat exemplo ventriculus (ut ex fimbria de texto judicemus,) hic ceu primus nutritionis fons & origo in elaborando chylo corpori universo prospicit, & veluti omnes hominis particulæ ex illo solatium hauriunt, ita emolumento ejus omnes strenué incumbunt salutisq; suæ conservatori tributaria persolvunt servitia; Qvia verò multi dantur homines, qvi adeo dominio gulæ se addixere, ut nihil huic Idolo denegare valeant, sed qvæcunq; appetiverit sine delectuad satietatem & nauseam usqui

A 3

in-


infarciant, admonitos eos volo, ut intempestivum illud remittant obseqvium, ne totius corporis vigorem, dum maximè erigere se crediderint, prorsus destruant; Valde enim periculosa humano generi est hujus nimia licentia, imo, nisi debito temperantiæ frœno cohibeatur, perniciosior est ipso gladio. Cum igitur tantum ventriculo incumbat sanitatis momentum e re Judicavi sub præsentis disputationis Schemate functionem ejus ulterius perscruteri, praxinq; licet rudiore filo contextam publicæ utilitati & prono lectorum favori consecrare, faxit modò divina clementia, ut omnia in sempiternam numinis sui gloriam vertantur, cedantq; fediciter.

I.

entriculus, quasi parvus venter dictus, est pars organica in infimo ventre sita, qvæ pro nutritione hominis alimenta recipit, atq; in chylum transmutat; Qvo autem modo hæc fiat chylificatio, certant Medici, & adhuc sub judice lis est. Galenici pleriq; a calore & facultate ventriculi alteratrice concoctionem peragi affirmant, alii beneficio humoris atri & melancholici promoveri eam contendunt. Qvi verò Ulterius intra corticem prospicere, resq; in sua resolvere norunt principia, observarunt, veluti in operationibus chemicis subjecta,ita etiam fermentari alimenta inventriculo, qvó melius in intestinis utile ab inutili separetur, quapropter, ut inter illos placet Expertiss. D. Franc. Sylv. & Th. Willis particulæ qvædam chyli salinæ in rugis ventriculi relinqvuntur, qvæ beneficio salivæ deglutitæ, ut & caloris a corde vicinisq; partibus epate, liene omento afflati in motum fermentativum evecta particulas alimentorum elementares una secum in aca tum eliciunt, unde, dissolutis una cum fermento acido principiis sulphureis & salinis, albicante colore tingitur chylus, qvi deinde, motu ventriculi peristaltico in intestina per pylorum depulsus cum occurrentibus in duodeno & jejuno bile & succo pancreatico novam init effervescentiam, in qua, colliquatis omnibus particulis, sit separatio chyli a fœcibus, atq; hæ ad intestina crassa præcipitantur ille per poros intestinorum in venas lacteas transcolatur.

Verum cum ad tantam, & tam subitam alimentorum mutationem, præter calorem & salivam aliqvid ulterius summa activitate præditum reqviri videatur, quod etiam

Clar: Th. Willis in deser. prim. viar. fatetur nimirum, liquorem aliquem sprituosum chyli reliquiis confusum fermentum ventriculi constituere, non possum aliunde qu'am ex glandulis negotium illud derivare, qvænon solum in ore & faucibus, sed etiam ventriculo ac intestinis variis alimentorum mutationibus inserviunt, proutenim variæ consistentiæ, & diversarum partium sumuntur cibi, ita varias eorum præparationes & folutiones reqviri, atq; aliqvos in gelatinam resolvi, alios volatilisari, qvorundam tincturam extratii asserit 70. Jac. Wepf. in chyl. hist. unde non mirum, si varia ad chylificationem instituendam, determinentur menstrua, cum in diversarum rerum solutionibus diversis solventibus, utpote spirituosis, aqueis acidis, & pingvibus uti cogamur Primò igitur a glandulis maxillaribus per ductus salivales massa cibi in ore occurrens saliva masticationi & gustui multum inservit tincturam qvandam extrahendo, qvæ lingvæ & palato infinuata saporem rerum exhibet naturalem vel vitiosum prout ipsa naturalis vel vitiosa existit. Secundò a tonsillis faucium humor paulo viscidior illi pro deglutitione facilitandà & fermentatione etiam adjuvanda communicatur, ut censet Th. Warth. de gland. Tertiò beneficio glandularum ventriculi & intestinorum elicitur a nervis spiritus nitroäereus, velut abarteriis serum sulphureo-salinum, eqvibus conslatum menstruum penetrantiffimum in ventriculo fermentationem atq; intestinis chyli separationem absolvit, unde homines pierumq; post captum cibum vel levi horrore affici, vel in somnum proclives minusq; negotiis apti cernuntur, nimirum ob spiritus, neglectis exterioribus intro confugientes, ut videre est apud celeberr. Conr. Peier. de gland. intest. Hoc autem menstruum in hominibus diversum esse facile colligitur & summa



constitutionum differentia, dum qvidam homines melius dura, qvidam mollia digerunt, alii hoc genus ciborum respuunt alii idem appetunt, qvidam omne passim appetunt & conficiunt.

Qvando hæditur almentorum fermentatio, funestæ in corpore tragædiæ & gravissimæ producuntur afflictiones, adeo ut liqvidò possim statuere cum Conr. Pejer. in proæm. diff. de gland.morborum, sinon omnium, saltem plurimorum e ventriculo tangvam omnium Lerna malorum ortum derivari, nam, cum ex alimentis chylus, ex chylo fangvis, atq; ex hoc totius corporis nutritio proveniat, necesse est, ut unius vitium sequatur alterius, adeoq; in universum corpus derivetur. Qvatuor verò modis peccare chylificationem affirmant Practici, primò in cruditate absolutà, quando cruda & nihil mutata excernuntur assumpta unde horrenda scaturiunt symptomata spirituum dissipatio balsami nostri defluvium, squalor, tabes & consumptio corporis, imo, nisi cito occurratur gravissimum symptoma ipsa mors, secundo in concoctione debili, ubi leviter mutata exeunt unde varii morbi chronici, & obstructiones deduci queunt, tertiò in cruditate fumosà, cum in materiam sweentem & putridam convertuntur, unde varias febres corporisq; defædationes originem trahere deprehendimus, quarto deniq; in cruditate acida quando in materiam acidiorem transeunt unde variæ effervescentiæ, tormina alvi, dolores lancinantes, cholici, pleuritici atq; hypochondriaci generari videntur.

Consideratis cruditatis speciebus, deducimur ad causas, de

de qvibus inter Practicos novitios parum convenit, qvia verò nihil frequentius apud antiquiores occurrit, quàm intemperies & materix peccantes, terminis eorum fine veritatis injurià & recentiorum przjudicio uti experiar. Frigida ergo intemperies hostis ventriculi, & przcipua apepsiz causa statuitur, cùm enim res quzcunq; fermentandz calore aliquo moderato egeant cujus beneficio in motum produci possint principia non magis in ventriculo sine calore, quàm in laboratorio sine igne perfici videtur, ideoq; quando debitus calor ventriculo deficit, neq; oleosum alimentorum vinculum solvitur (ignis enim est oleum rarefacere) neq; fermentum ullum geratur, unde principiis ab actu prohibitis massa cruda ad intestina & hinc ad sedem de volvitur, quod vulgò in senibus, qvi ob caloris inopiam male concoqvunt, observamus.

Frigidæ ut plurimum jungitur humida intemperies, quæ magnam cruditati ansam præbere non immeritò dicitur, nam velut erebus non sermentatis, nihil nisi phlegma elicitur, ita ex alimentis crudis nullus chylus sed tantum aquéus humor aliàs vehiculum chyli in vasa lactea exprimitur, unde saliva & menstruum aqvo siora & particulis activis destituta generationem fermenti motumq; principiorum impediunt nimis illa separando, adeout se invicem infringere nequeant, præterea aquosi isti humores adeo ventriculum relaxant ut se corrugare cibosq; debite amplecti nequeat.

Calida intemperies nidorosæ cruditatis causa perhibetur, quia dum nimius servor in ventriculum irrumpit æquabilem bilem principiorum motum impedit, sulphureisq; chyli particulis in censis, & forsan iis, qvæ in intestinis secerni deberent exaltatis, salinas adurit & sætore inqvinat. Huic plerumý; jungitur sicca intemperies æqve sermentationi noxia, humiditate enim ab incendio consumptâ, & sero desiciente, salinæ particulæ non exaltantur (humidi enim est salem diluere atq; in actum evehere) quin etiam spiritus per nervos ad ventriculum advecti, atq; ob vehiculi serosi in glandulis desectum alimentorum massæ immediatè copissiusque assus chylumque sætidum producunt veluti ex sulphureis fortiore igne propellitur oleum nigricans nidoreq; insectum, relicto capite mortuo sicco & adusto.

Materiæ sive humores peccantes sunt viscidi, acidi, vel pingves, qui pro varia sua natura diversimodè sermentationem lædunt; Quando igitur aut saliva viscidior cum alimentis miscetur aut humores tales a glandulis sauicum in ventriculum descendunt, aut etiam chyli reliquiæ tenaciores existunt, partes alimentorum activæ a vinculis non liberantur, quin etiam glandulæ visciditate illa obstructæ menstruum suum non depromunt, unde minus procedere sermantationem facile liquet.

8

Acidi humores cruditatem acidem producunt, aciditas autem ista a particulis salinis acrioribus, & per spiritus animales minus temperatis ortum ducere videtur, quando enim tales vel in saliva, & reliquis humoribus veb alimentis, vel chyli reliquis prædominantur, atque

Color to

B 2

fub-

subactis spiritibus, in fluorem eveluntur, chylum acidum & vitiofum producunt.

Pingves & fulphereos humores chylificationem corrumper minus dubitabit, qui in operationibus perspexit, pingvia non modo difficile fermentari, sed etiam aliorum fermentationem impedire, si enim liqvori cuiqvam fermentando oleum infundas cesset a motu in media sua fermentatione, qua propter talis oleosa materia in ventriculo coacervata tempore rancorem & putredinem acquirit massamq; ciborum una secum nidore inficit. Interdum etiam contingit bilem acrem ab in testino duodeno ad ventriculum regurgitari, atq; vitiofa ibi affervescentia cum fermento excitatà alimenta corrumpere ut placet. Celeberr. Sylv. prax.l.I.

Post memoratas causas perlustandæ veniunt res non naturales, e quibus aer primum se offert, quantum hic in corpore nostro exerceat dominium, hujus loci non est enarrare, fermentationi vero obesse videtur quatenus vel immoderate frigidus spiritus figit, vel impense calidus nimis illos concitat unde hunc cruditatem nidorosam, illum vero acidam fovere concludimus, qua propter plus cibi hyeme, quam estate, in frigidis, quam calidis regionibus consumere valent homines, ideogillos humorum aciditate variisq inde exortis morbis chronicis, hos autem febribus ardentibus, morbisq; calidis infestari observamus. Præterea crassior äer visciditatem humoribus inducit, atq; ita fermentationi multum obstat; potest etiam varias admixtas habere particulas, quæ ut in aliis corporis partibus, ita etiam in ventriculo excitent tumultus. 11.Ad


## # (13) # (13)

II.

Ad cibum quod attinet, magnum sanè pravus ejus usus eruditati adjicit cumulum; Quatuor enim modis fermentationi nocere deprehenditur nimirum quantitate, qualitate, sumendi tempore & modo. Nimia quantitas damnatur, qvia a fermento ventriculi confici nequit, sed in materiam viscidam, & obstructivam transiens mirum in modum concoctionem debilitat, præterea observatum est in voracibus nimis dilatari & rarioris texturæ evadere ventriculum, unde flatibus & cruditatiobnoxius judicatur a Celeberr. D. Th. Barth. in anat. de ventr. Parcior cibus ideo vitio datur, quod a copiosiore ventriculi fermento imbutus nimis acescat unde chylus acidior, atq; inde fermentum acidius generatum auxiliares manus acidæ cruditati porrigit. Qvalitate nocet cibus, quando durus, viscidus, pingvis, item crudus aut putridus existit, vel etiam proprietate quadam hujus vel illius constitutioni adversus. Tempore peccat dum sumitur fame non monente, item, ventriculo adhuc repleto, tunc enim sui & alterius fermentationem impedit, vel semicoctus cum priore jam confecto in intestina descendit. In modo delinquimus, si nimis festinanter absq; masticatione cibum devoramus, vel si inconvenientes simul species comedimus, quæ effervescentiam inter se possunt excitare, item si in prima mensa sumimus quæ in ultima sumi deberent.

12.

Potus iisdem modis ac cibus fermentationem lædit, nimius enim fermentum vel obtundit particulas activas nimis sepando vel a ventriculo eluit sluxus ventris excitando



tando, unde potatores parum edere, idq; male digerere frequenter vero flatibus & ructibus infestari videmus. parcior potus noxius judicatur, qvia deficiente humido alimenta rite non solvuntur sed pro spirituum copia vel paucitate in adustam vel viscidam transeunt materiam. qualitate peccat potus quando turbidus aut crassus bibitur, velut pingvior cerevisia, item, quando non satis est coctus aut defæcatus, tales enim liquores non fluxilem sed viscidum chylum, adeoq; obstructionem & cruditatem pariunt, præterea largiore usu liquorum volatilum nimis volatilisatur fermentum, atq; avolantibus patticulis salinis dulcificatur & enervatur, ut in iis, qui spiritui vini se dedere, luculenter apparet, gelidus verò & glacialis potus, qui æstate in calidis regionibus magni æstimatur, quantas non solùm fermentationi sed etiam vitæ nexerit insidias, multi cum damno suo experti sunt. Tempore inopportuno & modo inconvenienti bibimus, quando vel noctu, vel immediate super pingvem aut flatulentum cibum potamus vel etiam sudantes præsertim, si avidius nos implemus tuncenim, dissipatis spiritibus, cruditatem foribus astarc comperiemus.

13.

Motus & quies habent etiam, quo fermentationem turbent prior enim, dum vehementior, aut diuturnior, vel intempestivus post cibum contingit, evocatis ad exteriora membra spiribus, cruditatem parit, posteriorem etiam, qvando nimis illi indulgemus, noxiam observamus in sedentariam vitam agentibus, in quibus spirituum torpor, humorumq; visciditas obstructionem & cruditatem producere solent. Somnus & vigilia idem sere prastant, quando do

do immoderate contingunt, ab illo enim, suppressis evacuationibus, atq; torpescentibus spiritibus multi excrementitii & viscidi humores in corpore cumulantur, ab his vero obconsumptos spiritus debilitas non solum ventriculo, sed étiam universo corpori incutitur.

14.

Porrò excreta & retenta suum etiam cruditati conferunt symbolum, quando justos transeunt limites; in qualicunq; enim sluxu immodico dissipantur spiritus fermentumq; ventriculi vel eluitur vel enervatur. In retentione vero & stagnatione humorum pro eorum natura visciditas aut acrimonia vel putredo contrahitur, unde major obstructio vel esfervescentiæ variæ cruditatem omnino vitiosam producunt.

15.

Offerunt se deniq; animi pathemata, quorum tyrannidem, licet cor nostrum & caput præcipuè experiantur, non tamen prorsus immunis evadit ventriculus, quin sæpe sunctionis sux impedimenta sentiat; Hæc autem sieri suspicor vel ob spiritus in cordis contractione nimis concentratos & coarctatos, ut in metutristitia, amore desperato & c. vel ad cerebrum vocatos & ibi stabulantes in curis, gravioribus cogitationibus sollicitudine, & c. vel ob concitatius quaqua versus motos in ira vehementi, quam cum palpitationes cordis, tremores artuum, interdum etiam vomitum biliosum & choleram proritare videamus, fermentationis hostem liqvidò statuimus.

r6.

Potest etiam concoctio lædi ob peculiare aliquod ventriculi vitium in formå figurå, magnitudine numero & situ

quando densior rarior, lævior asperior, longior rotundior, major minor, vel quando duplex existit, quem bis in hominibus invenit Riolanus citante nobilis. D. Th. Barth. in anat. ventr. item quando meatus fellei ventriculi fundo implantantur, tum ctiam ob alia accidentia, utpoteulcera, vulnera, tumores, calculos, vermes, quorum observationes & curationes ex iis petendæ, qui ex professo de morbis ventriculi scripserunt.

Ad signa cruditatis diagnostica ordinejam invitamur; Hæc autem pro variis ejus speciebus & causis varia depre-Coctionem abolitam arguunt excrementa hendimus. alvi nihil mutata, diminutam leviter mutata, utramq; urina tenuis & pallida ob particulas alimentorum sulphureas minus dissolutas, sitis nulla, saliva multa in frigida & humida intemperie, in visciditate vero materia gravitas ventriculi, ructus & nausea. Cruditatis nidorosæ signa sunt halitus & ructus fœtidi, oris ficcitas, sapor amarus, urina rubra a sulphure nimis evecto sitis magna, appetitus dejectio. In acida cruditate occurrunt halitus & ructus acidi, appetitus ut plurimum auctus, & post cibum dolor & rosio ventriculi, flatuum copia, alviq; interdum fluxus, interdum obstructio pro majore humorum acrimonia vel visciditate simul junctà.


Eventum morbi ex ejus magnitudine & symptomatum vehementia prædicimus. Apepsia igitur confirmata atq; ob facultatem ventriculi resolutam cum alvi sluore contingens mortis metum incutit, ob visciditatem autem humorum vel obstructionem aliquam minus periculosa

pro-

pronunciatur. Coctio debilis ob duriores cibos fatis facile in initio curatur, minus vero si ob moram in ventriculo visciditatem contraxerint adhuc tamen majore cum difficultate, quando a refrigerato ventriculo, pracipne si simul inflammatum jecur astuet, proficiscitur. Cruditas nidorosa faciliorem curam admittit, dum a pingvi cibo vel materia tali in ventriculo nondum inflammata contingit, si verò deflagrans sangvini incendium & impuritates communicarit ex symptomatum magnitudine periculosa æstimanda. Cruditatem acidam ex aciditatis magnitudine judicamus difficiliorem autem curationem omnis aciditas humorum admittit, quia catharctico medicamento tales humores non cedunt, nisi bene prius temperati, illa tamen aciditas, quæ nimium acidorum ulum originem agnoscit, citius curatur, quàm a depauperato sangvine, & spirituum inopia proveniens, hæc enim longiorem moram & plerumq; morbum chronicum minatur.

19.


Expositis causis & signis cruditatis, sine mora curationi ejus insistemus, remediaq;, quæ desatigatum in opere sanitatis nostræ sulcrum rursus erigere valeant ex triplici Pharmacopææ regno seligemus. Hoc autem præstare comperimus, quæcunq; vi aromatica calorem & spiritus excitant, ut rad. galang. acor. cyper. Zedoar. Zingib. fol. menth. calaminth. meliss. sl. carioph. arom. fruct. muschat. pip. cardamom. sem. anis. sænic. carui coriandr. cort. cinnam. citr. aurant. macer. lign. aloes. resin. ladan. tacamah. gumm. mastic. quæq; vi penetrante incidunt & attenuant viscidos humores obstructionesq; tollunt. ut rad. levist. gentian. pimpin. imperat. enul. herb. absinth. puleg. rut.



fruct junip. laur, ex anim. castoreum. item quæ sermento ventriculi aculeum suum restituunt ut sal. mar. gemm. ammon. nitr. vitriol. tartar. urin. ex quibus omnibus varie paratis innumeræ compositiones tam interne quam externe usurpandæ pro cujusq; authoris ingenio & experientia emerserunt.

20

In coctione ob spirituum torporem & caloris inopiam labefactatà sequentis Clareti coch duo aut tria mane meridie, & vesperi sumpta non leve afferent solatium: B. berb. menth. cr. melis. aa. mij. calaminth. puleg. aa. mg. cinnam. galang. aa. 38. calam. arom. anis. caryoph. cardamom. min. aa. 3ij. zingib. enul. nuc. moschat. aa. 3j. mac. lign. aloes rad. pimpin. zedoar. aa. 38. conscissa & contusa infund vini Rhenan. vel. malvat. tovij. maneantq; in infusione vel aliquoties per man. Hipp. clarif. vel si placet ex MB. destill adjectattj. agv. menth. aut meliss. Ad hunc modum ex aromaticis vel attenuantibus majore quantitate: pro necessitate sumptis, poterit quisq; Clareta & aquas stomachales cum vino vel spiritu vini infusione vel destillatione parare, atq; ita ex una cera plures formare imagines ; Quod si practicata malit utatur aqu. anhalt Schröd. vino medicato. Sylv. prax. lib. I. c. 7. tinetura vita. Claret Stomach. vel Claret junip. Mynsicht. armament. med. chym. de Claret. item Elix. min. Quercet. balsam. ventric. Jo. Hartmann. prax. chym. p. 181. si forma solidior placuerit exstat Electuar. diatrion piper. Galeni aromat. ros Gabriel. aromat. caryoph. Mesu: Laudantur, Extract. stomach. maj. & min. Qvercetan. balsam. aloet. pulv. pept. Hartmann. pulv. stomach. Brichmann. Elect. stom. Mynficht.



herb. still. poterit morbo & placito suo convenientia eligere. Externé adhibentur sotus & sacculi ex memoratis herbis vino vel liqv. idon. incoct. & cal. applic. vel ex speciebus aromat. mollibus pellis cygni plumis exceptis & applic. item ungventa & emplastra ex eorum oleis still. cum ladan. mastic. tacamah. storac. composita, quæ blando catore balsamum nostrum & sulphur vitale instaurant ut saccul. stom. Schröd. scutum stomach. Hartmann. balsam. aromat. & absinth. Mynsicht. Emplast. de taeamah. Schröd.

21.

Putredinem arcent visciditatem emendant, fermenrumq; reficiunt, quæcunq; particulas ejus salinas a pingvi & sulphurea materia nimis exaltatâ depressas, vel a lentâ iuviscatas excitant, & in actumevocant, qualia sunt salia fixa chrystallisata, vel cum liquore spirituoso volatilisata item ex iis eliciti spiritus acidi & cum spiritu vini edulcorati. Conducunt itaqiin hoc casu sal. absinth menth cr. tartar. succin.urin.nitr.ammoniac.spir.vitriol.sal.dulc.Intercomposita numerantur tartar. vitriol.nitrat.ammoniac.purif. Hartmann. sal. cachect. arcanum duplicat. sal philo-Soph. Spir. Sal. cum Sale absinth. coagulatus Spir. vitriol. cum sale acetos. vel absinth. coagul. Elixir. vitriol. Electuar. de nitr. nectar vitrioli species diavitriol. gemma vitæ Mynsichth. armam. med. chym. Hæcvel per se cum vehic approp. vel cum aliis pro rei necessitate admixta votum non eludent. Qvando summus ventriculi æstus ob particulas sulphureas a spiritibus incensas & deflagrantes contingit exhibemus aquas, decocta vel julajulapia refrigerantia cum cardiacis & acidis alterata qua particulas elementares segregare, & a deslagratione prohibere possunt utpote julap. ros. viol. cum syr. granat. de acetos. cirt. vitriolat. rosat. Mynsicht. e succo acetos. cydon. spir. vitriol. sal. ad gratam aciditatem valet etiam in hoc casu aqv. acetos. stomach. Mynsicht. item conserv. confect. refrig. & confort.

22.

Qvod si humores tantà copià sint coacervati, ut evacuationem postulent propinamus vomendo idoneis aqu. vomit.Plater.Saturnin. Æsculapii.cort.juglandraphan.cumtantilloagv. bened. Ruland. iteminfus vin.vel ligv.conven. ex gr.aliquotcroc.metall.absinthiac.tartar.emet.oxysacch. emet. Mynsicht. superbibendo jusculum vel cerevisiam calidam quando operari incipiunt, & post vomitum roborando. ventriculum supramemoratis. Qui vero catharctico saburram eliminare malunt, possunt ex ingenti illa farragine phlegmagog, cholagog panchymag catholic quæ passim apud Practicos extar, morbo adaptata deligere; Si tamen eorum nonnulla in medium erunt proferenda, incidunt & exturbant viscidam materiam pill. de ammoniac. Quercet. a Sylv. prax. lib. 1. cap. 7. descr. pulv. phlegmag, ejusd. ejiciunt biliosam Electuar. antimon. Croll. pulv. cholag. Quercet. Extract. bened. Schröd. pill. familiar. Mynsicht. omnes viriosos humores fundunt Extract. panchymag. Croll. prim. extract. cathol. Sennert. pill. stom. Alkindi. pulv. panchym. Qvercet. Quod si placuerit, possunt etiam gr. 2. aut 3. mercur. dulc. cum extracto aliquo vel electuar. sumi laudanturq; præreliquis a Clariss. Conr. Pejer. dissertat med. de gland. intest. ObObservandum autem inbilis solæ evacuatione, ne fortioribus medicamentis illam irritando diarrhæam vel choleram provocemus, proinde, dum bilem acrem solam adesse constat, lenientibus potius, quam purgantibus erit agendum, utpote syrup. julap. electuar. ex cass. mann. tamarind. Rhabarb. Sc. confectis. In omnibus advertendum, ut seces induratæ & diutius retentæ enemate emoliente vel glande proritante quamprimum subducantur, immodicæ verò sluxiones anodynis intro sumptis vel externe adhibitis sistendæ utpote philon rom.laud.op.extr.croc.diascord.

Fracast. 23.

Quando menstruum vel fermentum ventriculi in aciditatem nimiam degeneratum comperimus, exhibenda funt aciditatem illam corrosivam obtundentia & absorbentia qualia sunt corall. margarit. oc. cancr. maxill. luc. pisc. spod. ex ebor. C. C. mater perl. test. ovor. terr. sigill. bolarmen. antim. diaph. limat. chalyb. atg: ex his plurima composita tinctur. essent. magist. syrup electuar, inter quæ antim. diaph. martiat. Ludov. in pharmac. p.330.electuor. chalyb. Augenii Elect. corrob. Croll. His itaq; attemperati, & spiculis suis exuti humores acidi possunt si copia simul peccent, per electuar. hydrag. Sylvii vel aliud quod vis innoxié evacuari, quo facto, administranda sunt que particulas spirituosas & sulphureas in ventriculo a salinis depressas restituant & exaltent ut spiritus volat. C.C. ammon. fulig. spir. aromat. polychr. Sylv. item aquæ stomachales, herbarum stomach. ol. still. vel extr. ut superius mentionatum est. Præterea in omni cruditate laudatur Elixir. prop. item. proprietate valere ventriculum struthiocamæli pulverisatum nonnulli perhibent.

C 3

24.

Restat adhuc diæta, quam si in morborum curatione negligamus, idem nobis accidit, quod semina mari credentibus. In coctione igitur debili eligendus aer calidus & ficcus, cibus facilis digestionis, & aromatis bene conditus. vitandus crassus durus vento & aqva plenus ut olera & fru-Etus crudi item major quantitas, quam ventriculus conficere valeat, ideoq; in extremo ejus langvore exhibenda jusculagelatinæ, essent.carnis & panis ex descr. Hartmann.pract. chym. p. 184. abstinendum a potu multo, gelido aquoso. utendum vero spirituoso & infusione veget.approp. aromatisato, in somno manibus ventriculum tegere vel catellos aut puerulos admovere non negligendum, quia mirum in modum calor naturalis inde reficitur. Exercitia moderata ineunda, venus omnino fugienda, ut & perturbationes animi præcipue statim ante & post cibum, ideoq; , sepositis curis gravioribus & seriis negotiis, sale cibus, & salibus discursus erunt condiendi. In cruditate nidorosa aer magis ad frigidum & humidum inclinet, vitentur aromata, alimenta pingvia, potus sit tenuis & aqvosus exercitia nimia ut & venus non admittantur. Cruditas acida durioris compagis & majoris quantitatis cibum tolerat, acidorum verò usu exasperatur, potus spirituosus convenit, venus & exercitia nimia item animi perturbationes ut pote metus tristitia nocent, non solum hoc in casu sed ubicunq; sævitiam suam exerceant, excutiat proinde unusquisq; firmo rationis telo hos vitæ humanæ carnifices, præstet, quantum liceat, animum curis vacuum lingvam convitiis liberam, hilarisq; & facundus fibi & aliis placeat.

#### MANTISSÆ.

- renda.
- z. Qvædam, quæ a calore coagulantur, abeodem etiam solvuntur.
- 3. Pituita aliquam corpori prastat utilitatem.
- 4. Citò tutò & jucunde simulnon semper possumus curare.
- 5. Non alia cœli gaudia sunt, quam amare & amari, non alia terræ.
- 6. Maxima humani generis supplicia animi perturbationes præter gaudium.
- 7. Interdum curatio magis formidabilis existit, quàm
- 8. Vitia sæpe venduntur pro virtutibus.



AND ALL WORLD MIN NITISSIE. the differentiable and gir word as ; - quibes suffering and on Oreday, one a value of realistary, . A which of is a The Palling alliques out or profess a little con-A CHO 1810 Colorado Canter Canter Colorado Colorado 5. Also also cost garalio fant, quilandel e & compilera 6. Martine Broadle concerts fine Elista united particulation. west in overly produced. 7. Interduce curations of any in this conflict, or has Station of the state of the state of